Intēpeſtiui funduntur vertice cani.
Et tremit effeto corpore laxa cutis.
Mors hoīum felix que ſe nec dulcibꝰ annis
Inſerit: ⁊ meſtis ſepe vocata venit.
Heu heu q̄ ſurda miſeros auertitur aure:
Et flentes oculos claudere ſeua negat.
Dū leuibꝰ malefida bonis fortuna faueret:
Pene caput triſtis merſerat hora meum.
Nunc qꝛ fallacem mutauit nubila vultum:
Protrahit ingratas impia vita moras.
Quid me felicem totiens iactaſtis amici.
Qui cecidit: ſtabili non erat ille gradu.

tice.i.i capite meo. Aliud ſignum ſenectutis ibi. ꝙ cutis
mea laxa .i. ſoluta tremit corꝑe ⁊ effeto .i. carne cōſum-
pta ⁊ euacuata. ¶ Nota ꝙ hoīem ſenem multa mala ⁊
incōmoda circūueniunt. Nā pellis eiꝰ contrahit̃. cor eiꝰ
concutit̃. pulmo eiꝰ debilitat̃. lumbi eiꝰ īdurant̃. dorſum
īcuruat̃. mēbra tremūt. Vn̄ poeta dixit. Optamꝰ ſeniuz
cum venerit eſt male ven-
tum. hoc eſt gibboſum ſur
dum cecūq; moroſum. pro
pter hoc dicit Boetius ꝙ
ſenectus venit mihi cuz ſu
is malis. Notandum circa
illam ꝑtez. ⁊ dolor etatem
ꝙ triplex eſt cauſa ſenectu
tis. ſ. etas infirmitas. ⁊ ad-
uerſitas. Senectꝰ que īdu
citur ꝑ etatem naturalis ē
que aūt īducitur ꝑ īfirmi-
tatem vel aduerſitatē acci
dentalis eſt. qualis ſenectꝰ
fuit in Boetio. q ſenuerat
ꝓpter multitudinem do-
loris ⁊ triſticie. ¶ Notan-
dum ꝙ canicies Boetÿ fu
it itepeſtiua. Huguitio dicit. itempeſtiuum eſt. quod eſt
īcongruū. īconueniēs īutile. vel ſine tꝑe. Unde ītēpeſti-
uum dr̃ illud quod nō habeat idoneuz tempꝰ. vel quod
nō eſt cōueniēs ꝑ tꝑe. ⁊ qꝛ Boetiꝰ iuuenis erat etate ⁊ cō
ſenuerat ex aduerſitate iam canicies eiꝰ fuit ītēpeſtiua.
¶ Notandū ꝙ ī iuuenibꝰ cutis ē denſa ꝓpter multitu-
dinez ſanguis ex quo ſanguine generat̃ caro. ſʒ qꝛ ſāguis
diminuit̃ ī ſenibꝰ diminuit̃ ēt caro ī eis. Ideo cutis ſenū
eſt laxa. ¶ Notādum circa hoc vocabuluz effeto. ꝙ ipʒ
tractum eſt a mulieribꝰ pregnantibꝰ. que cum peperint.
dicunt̃ effete. i. fetu euacuate. Unde dicit Huguitio ꝙ
fetus eſt natꝰ mulieris adhuc in vtero exiſtens. ⁊ dr̃ a fo
ueo eo ꝙ ibi foueat̃. ide fetus ta. tum. i. plenꝰ. a. vm. In
de effetus. i. debilis: quaſi ſine fortitudine virium vel vi
ribus euacuatꝰ. Inde fetoſus. a. vm. i. plenus fetu. Un-
de ī pſal. Oues eoꝝ fetoſe. i. plene fetu. ⁊ ſenes poſſūt di
ci effeti: quaſi extra fetum poſiti. qꝛ ſenectus nō eſt apta
ad generādum fetum.
¶ Mors hoīum felix. Hic Boetius deplangit ſtatum
ſuum ex parte durationis vite miſerabilis. ⁊ p̄mo p̄mit
tit que mors hoīum ſit felix ⁊ q̄ non. ⁊ dicit ſic. Illa mors
hoīum eſt felix que nec īſerit. i. non īmittit ſe dulcibꝰ an
nis. i. temporibꝰ ꝓſperis cum delectat hoīem viuere.
Simil'r illa mors eſt felix que ſepe vocata venit meſtis
ſupple annis. i. triſtibus annis. qꝛ in annis aduerſitatis
miſeri conſueuerunt vocare mortem. Tunc oſtendit q̄
mors hoīum ſit crudelis. dicens. Heu q̄ ſurda aure. i. re
cluſa aure. ſeua mors. i. crudelis auertitur. i. ſpernit mi-
ſeros homines ⁊ negat. ideſt non vult claudere flentes
oculos eorum. quaſi dicat crudelis mors eſt que nō per-
mittit miſeros mori ⁊ dicit claudere flētes oculos. per
hoc īnuens ꝙ ī morte oculi hominum claudunt̃. Et tūc
Boetius deplangit ꝓlongationem ſue vite dicēſ. Dum
fortuna malefida ideſt perfida mihi faueret. i. arride-
ret. leuibus. i. tranſitorÿs bonis. triſtis hora ſupple mor
tis. pene merſerat. i. oppreſſerat meum caput. quaſi di-
cat tꝑe ꝓſperitatis ſemꝑ accelerauit mors opp̄mere me
nunc aūt qꝛ fortuna nubila. i. aduerſa mutauit fallacem
vultū īpia. i. miſera vita. ꝓtrabit. i. ꝓlongat. moras ſup-
ple viuendi. īgratas. i. odioſas mihi. qꝛ ꝓpter miſeriā te-
debat ipm Boetiū viuere. ¶ Notādū ꝙ licʒ ſm vulga
res ⁊ ſm apparentiā. hec ſnia de morte felici ⁊ crudeli vi
deat̃ vera: tn̄ ſm rei veritatē ē falſa. qꝛ mors ēt tꝑe ꝓſpe
ritatis pōt eē bona. Nā ſm Senecā. optimū ē mori cū
delectat viuere. ⁊ tꝑe aduerſitatis pōt mors eē mala. qꝛ
aduerſitas ſepe īducit deſperatōez. Boetiꝰ aūt repreſē-
tādo ſtatū miſeri hoīs: hāc
ſniam ponit tanq̄ veram.
¶ Notādum ꝙ mors vel
cōꝑatur ad vitā ꝓſentē vl'
futurā. Primo modo illa
mors dr̃ felix. q̄ fugit ꝑtez
ꝓſperitatis ⁊ accelerat tē-
pore aduerſitatis: Si aūt
cōparatur mors ad vitam
futurā. tūc ipſa poteſt dici
bona ⁊ mala tempore ꝓ-
ſperitatis ⁊ ēt aduerſitatis
qꝛ ſi mors ducit ad gloriaʒ
dr̃ bona. ſi ad penaʒ dr̃ ma
la. ¶ Notandum ſm Re
migium ſuꝑ donatum heu
aliquando eſt monaſylla-
bum. aliqn̄ diſſylabum. ſi-
cut metri neceſſitas reqrit. Unde ī ꝓpoſito ē diſſylabū
dicendo. heu q̄ ſurda miſeros auertitur aure. ¶ Notā
dum ꝙ hoc verbum auertor quandoq; eſt paſſiuum cō
ſtructū cū ablatiuo mediante p̄poſitōe vt dicendo auer
tor a te ⁊ eſt idem quod remoueor. Aliquādo eſt verbū
deponens cōſtructum cū accuſatiuo vt dicēdo auertor
te. ⁊ tunc idē eſt quod ſꝑno te. ⁊ ſic accipit̃ ī ꝓpoſito cuʒ
mors auertitur. i. ſpernit miſeros: Unde v̄ſus. In vi paſ
ſiui notat auertor remoueri. Si ſit deponēs auertor ſꝑ-
nere ſignat. ¶ Notandū. Boetiꝰ appellat fortunaʒ ma
lefidam qꝛ eſt deceptiua. Unde Seneca. Neminé ad-
uerſa fortuna cōminuit niſi qué ſecunda decipit. ⁊ alibi
Seneca. Fortuna nemini fidem ſeruat. nulli ſimul obeſ
ſe contenta eſt quem nimiuʒ fouet hunc ſtultum facit.
¶ Nota fortune bona dicunt̃ leuia qꝛ trāſitoria. Non
eni ꝑdurant circa hoīem ſm Senecā. Illud nō ē tuum
quod fortuna fecit eſſe tuum. donū eni quod dare po-
tuit. potuit ⁊ auferre. ¶ Notanduʒ ꝙ Boetiꝰ appellat
fortunā nubilā. i. obſcuram ſiue cecā. depīgebat̃ eni an
tiq̄tus fortuna ceca. qꝛ ex īprouiſo accedit ⁊ recedit. Vl'
qꝛ cecum reddit hoīem extollendo eum ī proſperis ⁊ de
primendo ī aduerſis. ¶ Notādum ꝙ Boetiꝰ dicit for
tunam olī circa ſe mutaſſe fallacem vultum. qꝛ fortuna
oliʒ depīgebat̃ duplici facie. anteriori alba. poſteriori au
tē ꝑte nigra. ꝑ albā deſignabat̃ ꝓſꝑitas ꝑ nigram aduer
ſitas. mutauit ergo fortuna circa Boetiū fallacē vultū
ꝓſperitatis. poſtea oſtendit ei vultum aduerſitatis.
¶ Quid me felicē. Hic Boetiꝰ deplangit ſtatum miſie
ſue apoſtrophando contra amicos. dicens. O amici mei
quid ideſt ꝓpter quid iactaſtis. i. iactando dixiſtis me.
totiens felicē fruſtra enim hoc dixiſtis. qꝛ felicitas mea
non erat ſtabilis quod patet ex hoc qꝛ ego cecidi. ⁊ iſte
qui cecidit de proſperitate in aduerſitatem non erat in
ſtabili gradu proſperitatis. ¶ Notandum duplex ē fe-
licitas politica que cōſiſtit in bonis exterioribus. ⁊ ta-
lis non eſt ſtabilis ſicuti nec bona exteriora. Alia eſt fe-
licitas ſpeculatiua. que conſiſtit ī actu ſapientie. ſ. in ſpe
culatione ſubſtantiarum ſeꝑataruʒ. ⁊ talis felicitas eſt
ſtabilis ⁊ immutabilis cum ſit bonuʒ optimuʒ. pulcher
rimum. delectabiliſſimum ex primo ethicorum.